

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VII, 10 : De Tereo](#)

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 10 : De Tereo

Auteurs : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII



[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 10 : De Tereo](#)

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII



[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 10 : De Teree](#)

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII



[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 11 : De Teree](#)

est une transformation de ce document

[Afficher la visualisation des relations de la notice.](#)

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)
Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), [Thalim](#) (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). [Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 \(CC BY-SA 3.0 FR\)](#)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

Citer cette page

Document : "Mythologia, Venise, 1567 - VII, 10 : De Tereo".

Auteur(s) de la notice : [Équipe Mythologia](#).

Éditeur : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), [Thalim](#) (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle).

Consulté le 18/04/2024 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/907>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 220r°-221r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Térée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

peum in vincula ad Cūhyrum coniectum, quem finem omnes propè illegitimæ libidines fortiuntur. At nunc dicatur de Tereo.

De Tereo - Cap. X.

Tereus Martis & nymphæ Bistonidis filius, grauisimum & ipse supplicium subiit ob immoderatam libidinem: quippe cum non à patria solum profugere coactus sit, sed etiam humanâ figuram in formam auis commutauerit. Hic Pandionis Athenarum Regis & Zeuxippes filiam Prognem uxorem duxit, cum ipse Thraciæ & Phocidi imperaret. Fama diu inualuit apud Phocenses, ut in eorum rebus scripsit Pau. Philomelam in auem sui nominis apud ipsos ob Terei timorem fuisse mutatam. Res autem ita se habuit, ut testatur est Ouidius lib. 6. Metamor. Fertur Tereus assiduus propè precibus Prognem impulsus ad sororem Pandionem aliquando contendisse, illumque rogasse ut secum Philomelam ad visendam sororem mitteret: quod cum facile à Pandione impetrasset, utpote qui virum bonum & temperantem generum suum arbitraretur. tum serunt in itinere Tereum cum ad Parnasi urbem Daulidem aduenisset, in amorem Philomelam incidisse, quâ etiam per vim semper vitiauit, cum illa libidini Terei diutius reluctaretur. Enimuero ne illa postea tam turpe facinus, & imputum sorori, vel alteri cuiquam indicaret, illi linguam præcidit, ac mortuam esse in itinere sorori Progne nuntiavit. Deinde Philomela rem clam per nuntios suo sanguine scriptam ad sororem misit; vel potius, ut sensit Nicocrates, acu pictam ad illam clam deferendam curauit. Id ægre ferens Progne, facinusque tam atrox non impune commissum esse oportere rata, filium Ictym, quem unicum habebat Tereus, coctum epulandum patri apposuit. Deinde cum Tereus Ictym aduocaret, extremas corporis partes Progne Tereo ostendit, eumque à patre esum fuisse demonstrauit. His conspectis Tereus ad stringendum enses accurrat ut eodem filii viscisceretur, quare Deorum consilio Progne in lusciniam conuersa est, ut celerior ad fugam efficeretur: hanc sequens Tereus sic vpupa, quam, cum esset tardior, allequi non potuit. Philomela versa est in hirundinem, & Ictym in phasianum, quæ omnia in thracia iuxta Daulim oppidum contigerunt, ut ait Stra. lib. 9. Hanc fabulam breuiter explicauit Virgil. ita in Sileno;

Aut ut mutatos Terei narrauerit artus.
 Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.
 Quo cursu deserta petiuerit, & quibus ante
 Infelix sua recta superuolitauerit alis.

Quamuis ætico more Philomelam hic dixit, pro Progne. Inde dicta est Aedon, siue Philomela, siue Luscinia eadem Progne, Ictym assiduus lamentationibus aduocare, & querulas cantilenas in syluis effundere, ut ait Hom. lib. 7. Odyss. in his;

ὄϊός τε καὶ ἀνδραγῶν κέρη χλωροῖς ἀέθαις
 καλλὴ ἀνδραγῶν ἱερὸν πῦρ ἱεράωνται,
 ἀνδραγῶν ἴν' ἠτάλας κατὰ γαίης ἀσκησίεσσιν.
 ἢ τὴν ἑμὴν τρυφήν χεῖρα πάλιν ἴσθ' ἑμῆς,
 παῖδ' ἀλαφοτρῶν ἵεσθαι φίλων.

Sic canit, ut vernis arident soribus arua,

Et

Mythologia

Et primi surgunt Zephyri, Pandione nata:
Confidens raris florentibus arboris alae.
Mille modis varians vocem, cum sylua querelis
Personat; & flet Ictym dilectum.

Inde vero effectum est, ut querulam auem Iouis nuntiam vocauerit eam
Sophocles in Electra, cum veris nuntia sit, & calor moderati aduenientis:
sic enim inquit;

20
Nuntia, ἢ τῶν τιαντῶν
ἀγχιπύλαιος ἢ ἀκέραιος.
ἢ ἀκέραιος ἢ τῶν τιαντῶν
ἢ ἀκέραιος ἢ τῶν τιαντῶν
Demens, qui miserabiliter
Parentum extinctorum obliuiscitur,
Sed mihi flebilis concussit mentem,
Quae Ictym semper Ictym queritur
Auis querula Iouis nuntia.

30
Hæc ea sunt, quæ de Tereo, eiusque vxore ac filio fabulosè tradita sunt ab antiquis: quæ nulla ex parte omnino vera esse possunt, sed ut pleraque fieri consuerunt ad hominum utilitatem conficta. Neque enim naturæ lex patitur, neque dicentibus animus hominis assentitur, quod homo aliquis repente in rari diuersam à se formam commutetur. Quod Tereus Thraciæ, & illis locis, qui fuerunt à Daulide supra Cherroneam imperarit, quod Progen Pandionis & Zeuxippes filiam vxorem duxerit, quod ex illa Ictym susceperit, quod vim etiam Philomelæ intulerit, id non dissentit adhuc à veritate; & quod in eius iniuriæ scelerisque vltionem Progne filium ceiderit, ac patri epulandum dederit. Quid est enim horum quod fieri non potuerit? at quod omnes hi in aures verbi euolauerint, illud prorsus fabulosum est: quippe cū Tereti sepulchrū nō procul à Scopulo, qui Mergi sive vocatus, sive Acthyæ Mineruæ, erectū fuerit in agro Atheniensi, ut ait Paus. in Atticis. Enimvero, quia illæ mulieres post eam eodem Athenas ad patrem celestissime confugerint, ideoque sinxerunt poëtae illas ob merorem & luctum eorum quæ gesserant ac passæ fuerant in aues fuisse mutatas. Deinde cum v. pupa per id tempus primum Daulide visa fuerit, fabulati sunt Tereum in eam auem fuisse conuersum. cum mulierum altera hirundo, altera luscinia facta dicatur, quia vtraque auis edat cantus ac voces miserabiles & lugubres. Est enim ea vis sonorum, ut qui etiam nullam vocem referant, tamen nunc ad hilaritatem, nunc ad tristitiam animi nos impellant: quoniam anima hominum ex numeris composita, ut senserunt Pythagorici, facillimè sonū harmoniæ persentit, & vocibus ac sonis etiam nihil significantibus, sed ad quandam rationem numerorum spectantibus, quasi titillatione quadam, celerrime ad vtriusque motum irritatur. Hæc ipsa ratio numerorum plurimum confert etiam in oratoria facultate; quoniam non solum sententia, sed etiam sono vocis tardiores animi impelluntur; aut concitati plus æquo refrænantur. Sic etiā poëtae per carminum harmoniam animos militum inflammasse in bellum antiquitus dicuntur, & multa instrumenta musica inuenta sunt in castra, quorū strepitu milites ad pugnam incitaretur. Verum quod attinet ad mores, per hanc fabulam significare voluerunt antiqui id, quod paulo ante dicebam;

magis

magis formidandas esse viro bono ac prudenti, voluptatum titillationes, quam hostium minas. Quippe cum nulla sit ciuitas tam felix, nullam tam potens regnum, ulla tanta tamque aëta vel naturæ, vel amicitie coniunctio, nulla tam firma præsidia, quæ libido & intemperantia non possit infringere; omnium siquidem libidinum, omnisque lascitiæ causes, ærumnæ, exilia, egestas, præsentiumq; bonorum iacturæ sunt comites. At nunc de Medusa dicamus.

De Medusa.

Cap. XI.

10

Medusa etiam ob libidinem & Veneris immoderatum desiderium acerbissimam Deorum iram in se conuertit; cum vel in templo Mineræ Neptunum passa sit. fuerunt complures hoc nomine vocatæ mulieres, nam & vna ex filiabus Priami, & vna ex Stheneli ac Nicippes Medusa vocata est. at ea, quæ celebratur à poetis, vt ait Paus. in Corinthiacis, filia Phorci fuisse dicitur: cuius quæ fuerit mater non constat, cum quidam marini cuiusdam monstri filiam fuisse inquirant. Propter violatum igitur templum, cū piaculum ibi commissum fuisset, irata Dea ne tantum scelus inultum esset, comam primum, propter cuius pulchritudinem Neptuno placuerat, in serpentes conuertit; deinde dedit illi hanc vim, vt quicumque illam aspiceret, fierent lapides; quod innuit Ouid. lib. 1. de Ponto;

20

Ipsa Medusa oculis veniat licet obuia nostris;

Amitcet vires protinus ipsa suas.

Deinde cum multos homines in lapides verteret, & ingenti clade populos iuxta Tritonidem paludem habitantes afficeret, Deorum misericordia Perseus Iouis Danaeque filius ad eam obtuncandam mittitur. Ille acceptis à Mercurio talaribus & salcato ense, à Pallade scuto, vnico icu caput eius amputauit, quod postea gestauit Pallas suo scuto affixum. Dionysiocles Andromedam ceto expositam à Perseo liberatam fuisse scribit, cum is ostenso capite Medusæ cetum in lapidem vertisset. at Itacius non eam fuisse causam Medusæ calamitatis commemorat, sed Medusam inquit fuisse Pithæ omnium mulierum suæ ætatis pulcherrimam, quæ cum magnopere capillorum pulchritudine præsertim gloriaretur, seque vel Pallade pulchriorem affirmaret, aueretque de forma vel cum Dea contendere, Pallas Perseum ad illam misit, Gorgonemque monstrauit in pictura Sami, vbi ciuitas fuit ex illa re Diæterium vocata. Verum vt ad Perseum redeam, qui superius missus fuerat Deorum misericordia ad illam obtuncandam, quia multos homines in saxa conuerteret, Perseus primum ad Pephirado & Enyo Phoreidas vocatas accessit, quæ vetulæ erant à natiuitate, & Gorgonum sorores. Ab illis igitur vnicum oculum, quo illæ vicissim utebantur, & vnicum dentem mutuo accepit; neque prius illis reddidit, quam ad Nymphas ipsum deduxissent. tum acceptis calceis volueribus nympharum, & pera siue sacculo, galeaque Platonis, & adamantina falce Mercurii, & speculo Palladis volans ad Tartellum ciuitatem Iberiæ ad ipsas Gorgones peruenit: quæ capita habebant serpentibus implicata squammosis, dentes quanci sunt magnorum aporum, manus ferreas, & alas, quibus volabant: sic igitur ad has volauit Perseus, quas dormientes inuenit: atque Medusæ caput in speculo auersus inueniens Pallade manum dirigente amputauit. Ex capite Medusæ desecto Pe-

30

40

K k k

gafus